



Contra libel-
lum Henrici Mes-
uer de Sacramē-
to / ad Wismarienses
fratres. Per Joans
nem Bugenhagenū
Pomeranū.

1 5 2 96

G. H. Theophilus Chris-
tiano lectori bene
agere.

Pollicitus sum opt. lector. aedita epistola
aduersus obstinatiss. simul et insulsiss.
pellionem/ scripturum aliquid quo et mea
fides publicari posset de coena dominica/ et
fanaticorum sacramentiperdarum impius
error retūdi. Veruz neutro mihi impraesēs
tiarum opus esse video. Siquidem audio
pseudadelphos ac pseudochristos aliquot
clanculuz obstrepere nobis/ atque ringi a
deo/ quod fauerim aliquando sacramenta-
ris. Quae res certo argumēto est me iā nō
fauere/ quemadmodum nūquam sic faui vt
essem dogmatistes. De quo deum optimum
maximum ex penitissimis cordis penetralis
Bus pro sua ineffabili misericordia laudo et
Benedico. Nam qđ in Psalterium D. Pos
merani per me in linguā inferioris German
niae versum per amantensem meuz irrepit

crimano
nunquam agnoui / nunquā defendi / nec vns
quam defensurus sum. Deinde error sacras
mentariorum omnium / quales quales tans
dem et quanti quanti sint / tam forti ariete
perfundatus est / vt vel inimicis testibus sus
peruacaneum sit ac nullius momenti / plu
ra scribere etiam a doctissimis. Tantum
abest vt a me (qui nihil aliud sum quam
musca ad elephantum / si cum doctis et
sacramēti adsertoribus conferas) necessum
sit quidpiā inuulgari. Scripsit tertio pneus
matophor^o doctor et pater noster secundum
deum D. M. Lutherus. ac post illum eius
dem spiritus D. J. Pomeranus / primo las
tinam confessionē / deinde germanicā contra
Pellionem. Rursus latinam contra Meues
rum istum / quā mihi imprimendā cōmens
davit / supra quorū scripta sapere / nec des
Beo nec possum. Hoc solum clamo manibus
ac pedibus insigniter mentiri eos
qui Theophilum adscribunt
albo Sacramentarios
rum. Vale.



Joannes

IOHĀNES

Hugenbadius Pomeranus, Di-
lectis fratribus maxime sacri
Euangelij in Wismaria predi-
catoribus. Salutem.

Cum in hisce regionibus segetes Chris-
ti iā coepissent albescere ad messem/
ut ingrederemini cum gaudio in aliorū las-
siores / et iam opportunum erat Lubiceses et
alios nostra modestia et sana doctrina pro-
uocare ad Christi cognitionem / in quē Bap-
tizati sunt / ecce subito / quod cum dolore di-
cimus / surrexit in vobis Satan / id est vnus
ex vobis iactabūd⁹ homo / plus quā doct⁹ /
Sacramētiperdis adhaerens. Hic dum non
potest apud se blasphemias in Christi verbū
cogitationes continere / euomit virus suum /
et dicendo et scribēdo in rudem plaebeculā /
tam audaculus contra non obscurum Chris-
ti verbum et contra non obscuram Pauli de
sacramēto scripturam / quam nos audaces
sumus contra doctrinas demoniorum / sed
A iij nos

nos bona et hilari cōscientia secundum ma-
nifesta verba dei / ipse mala et turbata con-
scientia secundum suam iactantiam et glo-
riā / quae erit ipsi (nisi resipiscat) et cor-
ram deo et coram Christianis in cōfusione.
Omnis gloria carnis flos foeni est / verbum
autem domini stabit in aeternum.

Primum. Transsubstantiationis memi-
nit / et hic leonem dudum occisum occidere
tentat / meminuit signorum et sacramenti. Sic
ait / dicunt Papiste / sic lutherani cum suis
(horum saepe meminuit quasi indoctissimorum
ingratissimus et contēptu excaecat⁹ homo)
aliter vero Zwinglius et Decolāpadius cum
suis. Quasi vero stupidus homo nōdū vi-
deat nos non pro opinionibus humanis cō-
tendere sed pro verbo Christi / aut quasi etiā
nos nō dicamus de signis externis et sacra-
mentis quemadmodum et veteres / nō tamē
propterea negam⁹ secundum verbum Chris-
sti / discipulis ipsius panem in coena esse cor-
pus et poculum sanguinem eius / quemadmo-
dum neq; veteres quos ecclesiae vocam⁹ do-
ctores negauerunt. De transsubstantiatione
sit huius

fit huic homini liberus / quid statueret velit /
certe in suo pane non inueniet ei locum. Nos
de sacramento hoc loquimur quē admodum
de eo loquitur scriptura noui Testamenti.
Nisi Lutherum deus excitasset / hic ingras-
tus homo forte adhuc ī cappa sua torperet /
et melius certe ipsi esset in monasterio esse
inclusum / quam sic in publico / Christi nega-
torem. Qui negat Christi uerbum / Christū
negat. Desinat sectarum meminisse / unius
Christi uerbum requirimus.

Deinde producit multa somnia / parabolas /
similitudines ex scripturis secundum
Cinglianos / & quaedam ubi scriptura se in-
terpretatur / sentit autem non sequi. Ergo et
hic ita accipienda sunt uocabula. Itcirco
pergit demonstrare quod cogitat / nō quod
Christus dicit. Aiunt inquit Cingliani / haec
uerba / Hoc est corpus meum / obscura esse.
Respondemus. Si obscura sunt secundum
Cinglianorū interpretationē / cur nō amas
et amanda doces / valde manifesta secundum
Christi expressionem ? Quam non obscura
sunt ista / Accipite / comedite / bibite / hoc faci
A iij te id

te id est edite & bibite i mei comemoratiōem/
tā nō obscura sunt ista. Hoc est corp⁹ meū/
qd pro vobis frāgitur. Hic est sanguis mes
us qui ꝛc. De verbis loquimur quibus fis
des nostra inicitur / quae sunt apertissima /
non loquimur autē de eo quod hic humana
ratio cogitat / nam hoc est ad Christi verba
obscurissimum. Animalis enim homo non
percipit ea quae sunt spirit⁹ dei / stulticia sūt
illi / impanatos deos potius nobis obicit et
crucifixos panes ꝛc / verbo autem Christi
dare gloriam non potest. Producis scriptus
ras vbi seipsam scriptura interpretatur de
signis / ut de circuncisiōe ꝛc. ut haec interim
tibi demus. Alias enim de his satis a nobis
scriptum est. Ostende ex institutiōe Christi /
qua instituit sacramētum / vel vno verbo cū
alijs cohaerente / hic nō esse corpus Christi
et sanguinē sed tantum eius signum / sed ca
ue interim / ne more Cinglianorū / mala cons
scientia abutaris cōtra nos mēdacis / Blas
phemis / calūnis / & malis iterpretatiōibus.
Sinito cōtextū institutionis Christi cohaes
rere sibi / ne ebrium putes fuisse Christum /
quasi nescierit quibus verbis certis nobis
certum

certum sacramētū commendaret / aut malis
ciosum qui voluerit illudere nobis verbis /
quae postea ignorarem quid sibi vellēt / & ex
quibus ista cōtradictoria iactarentur apud
Christi discipulos. Danis est corp⁹ Christi /
Danis nō est corpus Christi / loquor autem
de pane nō quocūque / sed dñi Christi. Alibi
ut dicis interpretatur se scriptura. Hic autē
tu interpretaris non scriptura / et tua inter-
pretatiōe negas / quod scriptura dicit. Vide
hac de re Mattheum / Marcum / Lucam /
Paulum / quorū hic fere omnia scribit cons-
tra indigne cōmunicantes / quos reos fieri
dicit corporis et sanguinis dñi et non diuis-
dicare corpus dñi / per indignā comestionem
et potationem. Cur ergo certa et manifesta
Christi verba / quae docuit Paul⁹ / quae Co-
rinthj crediderūt et alij Christiāi ab apostos-
lis instituti / deseris / et ad incerta et obscu-
ra / ut fateris / deficiis ? Non fallent te Chris-
tus / fallent autem Cingliani contra Chris-
ti verbum docentes.

At inquit. Obscura quidē sunt haec ver-
ba / hoc est corpus meum / sed quae sequuntur

A v obscus

Obscuritatē tollunt / nempe haec / Quod pro
vobis datur. Datū est autem in cruce mors
tale / quale nūc Christi corpus non est. Cres
do autem quod voluit inferre. Ergo nunc
mortale corpus tradi nō potest in sacramēto
/ ut inde sequatur. Ergo nunc Corpus
Christi in sacramēto tradi nō potest. Quas
ineptias audimus Bone deus? Animal non
est albū / ergo nō est animal / aliquod accidēs
a best ergo substantia a best / quia ratio scire
non potest quō ibi sit Corpus Christi / ergo
fides ex verbo Christi credere nō debet / quod
ibi est corpus Christi. Sed hic sensit (ut pus
to) tergiversator periculū / & coepit egregie /
vtrū stūpide an maliciōse / nescio deus scit /
cōfundere Christi pronūciationē / et Christi
mandatū / quae duo sunt in hac Christi ins
titutione. Siquidem multa dicit de conmes
moratione / ut neget corpus Christi et sangz
ninem in sacramento esse aut sumi / et apud
ipsum idem sunt (si verba eius spectes quae
de cōmemoratione dicit) Hoc est / et hoc
facite. Ita debet contingere seducentibus et
seductis / quādo relicto certo dei verbo suis
cogitationibus innituntur. Nos vero gras
tias

Cor 9. 10. 11.

folijon

Cōfirmatio

rtas agimus Cinglianis / qui ut ipē ait / dis-
cūt / haec verba / Quod pro vobis datur / iter-
pretationem esse eorum quae praecesserunt.
Hoc est corpus meum. Primum enim cogē-
tur nobis permittere dictionē / Hoc / nihil
aliud significare quā Hic panis. Alioquin
eos inter insanos Carlstadianos cōputabis
mus / qui nunc de corpore ad mensam residē-
te intelligunt / praeter contextum orationis /
nunc vero accipiunt hoc pro illud. quasi
Christus dicat Illud est corpus meum / quod
pro vobis crucifigitur / id qd neqz graecus
neqz latinum sustinet / tantuz ludunt germa-
niciis verbis coram stupidis et indoctis aus-
ditoribus. Dat ys myn lyff ꝛc ut non dicā /
quam nihil etiam hoc ipsum respondeat ad
orationis Christi contextum. Vbi autem
sani homines dederūt nobis / Hoc / nihil aliud
significare quā / Hic panis / vel secūdu Trās-
substantiatores. Hoc / nihil aliud significare /
quam / haec res / quam aliam interpretati-
onem afferent verba haec. Quod pro vobis
datur / quam panē Christi esse verū Christi
corpus ? Siquidem / non fictū / nō figuratū /
nō significatū corp^o / aut significatio corpo-
ris Christi tradita est pro nobis in cruce /

Hoc

Carlstadi-
ani

Datur

sed verum corpus Christi. Quod si vrsero
verbum / datur / de praesenti datione siue tra
ditione sacramenti etiam posse intelligi / quo
effugient calumniatores : maxime si illis
legero ex Paulo / Hoc est corp^o meū / quod
pro vobis frāgitur. Christus fregit panem /
et Paulus dicit. Panis quem frangimus /
et de eodem pane dicit Christus. Hoc est corp^o
meū / quod pro vobis frangitur. Quam
exultarent si talia haberēt contra nos. Nos
in nullo verbo institutiōis Christi / fugimus
lucem. ipsi vero tenebras quaerunt fere in
omnib⁹. Solent haec sentire nonnūquam / et
consolantur sese dicentes. Christi corpus
fractum est in cruce / sed quid respōdebunt /
si opposuerit eis aliquis scripturam. Os nō
comminuetis ex eo : Vbi que impingunt /
ettamen non desinunt insanire vt cadant / et
cōterātur / et irretiantur / et capiantur. Qui
me contēnunt erunt ignobiles / dicit domin⁹.

Praeterea dū valde sollicit⁹ est hic homo /
in quo angulo in coelis reponat corp^o Chri
sti / quod ascendit in coelum / vt nō permittat
corpus Christi esse in nostro Sacramento /
etiam

etiam si Christus dicat panem suum esse cor-
pus suum / et poculum suum esse sanguinem
suum / producit nobis Augustinum dicentē
quod oportet corp⁹ Christi esse in vno loco /
quasi vero Augustinus negauerit vnquam
Christi corpus esse in sacramento? qui cum
saepe alias veritatem quam credit fatetur /
tum ad Glorium sic scribit. Et Judas cum
Bonis discipulis accepit quod fideles norunt
precium nostrum. Sed de autoritate veter-
rum in hac re alias scripsi. Aut quasi vero
verba Augustini prae verbis scripturae sa-
cre amplectemur? Scriptura sic loquitur de
Christo crucifixo & resuscitato Ephe. primo
Qui credimus secundū efficaciam roboris
fortitudinis eius / quam exercuit i Christo /
cum suscitaret eum ex mortuis / et sedere fes-
cit ad dexteram suam in coelestibus / supra
omne principatum / ac potestatem / et virtus
tem / et dominium / et omne nomen quod no-
miatur non solū in saeculo hoc / verū etiam
in futuro / et omnia subiecit sub pedes illi⁹ /
et eū dedit caput super omnia ipsi ecclesie /
quae est corpus illius / complementum eius /
qui omnia in omnibus adimplet. Et ca. v.

Membra

Membra sumus corporis eiusdē / ex carne
eius et ex ossibus eius. Vides quā nō longe
recesserit a nobis / caput a corpore et mem-
bris / accepta omni potestate in coelo et in
terra / lege / intellige / crede. Haec omnia ac-
cepit homo Christus / cuius ut dei haec oīa
erant / Hoc nomen super omne nomē accepit
postquam humiliauerat sese / ad mortem
vsque crucis / factus patri obediens. Lique
stultas cogitationes extensiois hominis
Christi per coelum et terram ꝛc Crede scri-
pturae. Incōpraehēsi- Bile nomē accepit / qđ
tua ratio comprahendere nō poterit. Quae
vero verba Christi de ei⁹ abitione ad prēm
contra haec producantur / aut ex calumnia
aut ex ignorantia producantur. Ne nō sem-
per habebitis / scilicet ut mihi Beneficiatis /
pauperes semper habetis et potestis eis Be-
nefacere quādo vultis. Jam non indiget Be-
neficijs terrenis ut tunc / quādo vivebat in
hac mortali vita propter nos. Angelus
dixit. Non est hic. Mortuum quaerebant
in sepulchro qui iam vivebat / et tamē retror-
sum conuersa vidit ibi eum Maria Mag-
dalena. Mittuntur discipuli in Galileam /
ettanē

ettanē interī in Emans & Hierusalem vidēt
eū / accedit ad eos cōtra naturam corporis
ianuis clausis / apparet quando / quibus /
quoties / quibus locis et quemadmodū vult
per quadraginta dies / vt fidē resurrectionis
suae eis cōfirmet propter nos et ipsos / ettas
mē interī dicit / vt Lucas scribit. Haec sunt
verba quae locutus suz vobis cū adhuc esse
vobiscū / quasi vero iā nō sit apud eos quan
do loquitur cū eis. Vnde itelligūtur omnia
quae in Joāne de abitiōe sua ad patrē dicit.
Nam nihil aliud significāt quam quod per
mortē vult abire ad suā gloriā / quēadmodū
ait / Oportuit Christū pati et ita intrare in
gloriā suā. Alioqui quot quaeso miliarib⁹
pater aberat / quādo Chrūs dixit se ad eum
abiturū ? Nōne eadē coena dixerat. Philp⁹
pe qui videt me videt et patrē meū. Nō cre
dis ꝛc ? Jam quando resurrexit erat in glo
ria et dextera patris / nō differebatur a suo
regno / ettanē videbatur & loquebatur saepe
atq; adeo etiā tāgebatur in terris itra quas
draginta dies a resurrectione. Reliquerat
vero mundum / quia mundo iam non vide
batur vt antea in mortali vita / et dixit.

Dara

Data est mihi omnis potestas non solum in
coelo sed etiam in terra. Post resurrectionē
erat invisibilis ut nūc / sed videbatur quādo
ipse volebat paucis / nō mūdo. Dum haec lo
quebantur / ait Johānes Stetit Jesus ī me
dio eorum. Videbatur autem quemadmos
dum mortales oculi eum videre potuerunt.
Tandem ipsis videntibus ascendit in coelū /
ne amplius expectarent eum videndū super
terram quemadmodū per quadraginta die
es visus fuerat / quemadmodum Act. 1.
Lucas scribit apparuisse et visum ꝛc ut fide
ei adhaererēt / scientes eum in coelestibus a
dextris virtutis dei regnare super omnia / ꝛ
omnia in omnibus adimplere / quo non ter
rena sed coelestia quaererēt et quaerēda do
cerēt. Ex coelis rursū rediturū credimus.
id est ut ubique scriptura tastatur / rursū
ita videndum quemadmodū voluerit 1. Jo.
11. 1. Cor. 1. ꝛc. Interim adest nobis / non
mundo conspicuum verbum / neque verbum
solum sed verbum incarnatum / Christus
deus et homo / cui fide ita incorporamur ut
nō solum unus spiritus / sed et una caro cum
ipso fiamus. Joan. 14. sanctificati in Chri
sto et

sto et corpore et spiritu / sponsus est ecclesie /
et caput suorum membrorum. Noli discers
pere Christum / sic loquitur scriptura / ita
fides respicit in filium hominis. Nos in his
intelligendis bis pueri sumus. Hanc gloris
ficatidem sibi ostendit etiam Christus / in ipso
matutino tempore diei resurrectionis ad
Mariam dicens. Noli me tangere. Nōdum
enim ascendi ad patrem. Rationem dicit quas
re non velit tangi / quia inquit nondum as
cendi ad patrem / astantem prohibetur tan
gere et tactura est sedentem supra coelos ?
Christus iam ascenderat ad patrem et abies
rat ex mundo / sed Maria credebat eum sic
resuscitatum ut lazarum / rursus victurum
et acturum visibiliter et mortaliter in mun
do ut ante. Hac incredulitate noluit tangi /
nam fide tangi vult / ut de muliere legimus
profluvium patiente / alioqui tactum non tac
tum iudicat. Hinc postea mulieres creden
tes tangunt siue tenent pedes eius. Dicit
itaqz. Nōdum ascendi / nempe tibi / id est in
corde tuo nondū credor glorificatus post ig
nominiam crucis apud patrem / nōdum cres
dor quod sum in eadem gloria qua pater /

noli me tangere

antea pater maior me erat / quando humili
liat⁹ eram propter homines non pater / nunc
nō est maior / quia eandē gloriā habeo. *Das*
de ergo et dic ita fratribus meis. Ascendo
ad patrem meum ꝛc. id est iam sum glorifica
catus apud patrem meum ꝛc Christi resurrex
rectio est eius glorificatio apud patrē / quā
do ei dictum est. Ego hodie genui te. Sede
a dextris meis / secundū illud. Dimisti eū
paulisper a deo / gloria ꝛ honore ꝛc Haec ali
bi scripturis fortissime roborabo. Nā quid
attinet hoc loco his sublimibus et spirituas
libus inmorari / quādo per haec nihil aliud
agimus apud nostros aduersarios / quam
quod damus illis ansam calumniandi corā
imperitis / ita ut occupentur postea multis
verbis tractātes in quo angulo coeli sedeat
Christi corpus / dum potius debent rationes
reddere quare negent manifesta institutiōis
Christi verba de sacramento / qđ vocamus.
Miseri interim sic argumētantur. Christus
sedet in dextera patris / ergo panis eius non
potest esse eius corpus. Nos autem cum fis
ducia ita inuertimus. Nisi Christus sederet
in dextera patris / non crederemus esse verū
quod

quod contra omnem nostri intellectus captū
dixit Hoc est corpus meum. Quādo autem
est in dextera patris / id est regnat ut pater
super omnia / necesse est verum esse eius ver-
bum. Quod autem ratio non possit capere
quomodo ibi sit corpus Christi / hoc nihil
morantur fideles / fides verbo dei credit.

Ad haec. Vide insignē / vel stulticiā / vel
ignorātiā huius fratris Henrici Meuers.
Dicit enim sic. Qui secundum litteras intel-
ligunt. Hoc est corpus meum / habent cōtra
se Paulum dicentem. Littera occidit. Quo-
modo quaeso potest predicare Euangelium
Christi tam indoctus in sacris litteris ? cui
littera occidēs est quod verba sonant / spiri-
tus autem verborū negatio. Quando Chris-
tus dicit Hoc est corpus meum / est littera
occidens. Quando hic Henricus respondet
Christo. Hoc non est corpus tuum / est spūs
viuificans. Vides quo pergat hic Satanae
spiritus. Hactenus ludificauit nos doctrinis
demoniorū / nunc quaerit speciem qua tan-
de neget nobis quaecūq; voluerit. Ita per
hunc Satanam / occidens littera erit / Chris-
tus

stus natus est ex virgine et mortuus pro nobis. Spiritus autem viuificans. Christus non est natus sed significatur natus ex virgine / aut natus est ex virgine / non vera sed significata / et significatur mortuus non est vere mortuus. Item littera occidens erit ei. Deus est homo. Spiritus autem Deus significat hominē / aut est homo significatus
O Blasphemiam / et tamē hoc vocat scrutari scripturam. Et indocte addit Paulum ad monuisse vt intelligerent hoc sacramentum his verbis. Vt prudentibus loquor. Iudicate vos ipsi quod dico / cum tamen his verbis non admoneat vt ignorata intelligant / sed vt recte vtantur his quae iā intellexerūt
Omitto iam reliquas ineptias / de viuo verbo qđ Christus est / quasi verbis Christi non sit propterea credendus / quod ipsa non sunt Christus vt dicit / quasi vero non sit spiritus credere Christi verbis &c.

Addit autē ad coeteras ineptias. Danis est mortua res / ideo non potest Christū corporaliter adducere / non enim potest audire / intelligere / credere / neq; verbum scripturae
hoc

hoc potest / quia in eo non est vita / quemad-
modum quidam somniant &c Ego hic dico.
Si hic frater non plus intelligit de libertate
Christiana quam de his sententijs. Littera
occidit / spūs viuificat / vexabit eum quans
doq; diabolus de exuto cucullo / nam plane
absq; spiritu est / ne hoc quidem intelligens
quod probat. In temptatione seria non persis-
tet. Deccat enim grauiter non tam in hoc qd
ignorat / quod errat / quam in hoc quod doc-
cere praesumit quae ipse ignorat. Vbi quae
fuit Christo aliquem in coelis angulū / vis-
dit multa in Augustino. Coeteruz de littera
et spiritu / vt sacras literas ita et Augus-
tinum non agnoscit. Christus non locutus
est pani / vt audiat / intelligat / credat / quem
admodum hic homo ineptit / sed locutus est
de pane ad discipulos. Edite hoc est meum
corpus &c. Discipuli Christi non sunt mors-
tua res / a quibus his verbis exigitur vt obe-
diant et credant. Quid obedientia et fides in
verbum Christi possit / dicant fideles. Hic
panis Christi est corpus Christi / quia eius
verbo credunt. Et si dem ineptijs diceret alius
quis / limus terre / mortua res est / ergo inde

Adam per verbū dei fieri non potuit / quasi
nō possit deus operari i re quae nō sit viua.
Dei verbum omnipotens hic efficit vt disci-
pulis Christi / hoc est credentibus panis sit
corpus Christi ꝛc. Discipuli verbum audis-
unt / intelligunt / credunt / quēadmodū Paulus
Corinthiis dixit. Vt prudentibus dico /
id est rem de qua loquor intelligentibus.
Quod autē de verbo scriptura asserit / quod
in eo non sit vita / ipse viderit. Vita est in eo
tibi / si illi credas. Si autem nō credis illi / ipse
sum in se sanctum et diuinū est / tu autem tua
infidelitate manes absque vita. Quod si te
credere iactitaueris / ꝛ vitam habere sine ver-
bo / mendax es. Video quo pergat hic spūs
mendax. Dicit praeterea / hanc fidē in scrip-
tura non exigī vt credamus panem coenae
dñicae esse corpus Christi / quasi vero ver-
bum Christi nō sit verbū dei / et hoc scriptū
non sit scriptura sacra / verbum Christi dis-
cens Hoc est corpus meū / exigīt / vt nō dicā.
Non est corpus tuum / sed credam ita esse
quemadmodum dicit.

Quod vere in ecclesia datur et accipitur
a discipulis

a discipulis Christi corp⁹ et sanguis Chri-
sti in sacramento / satis aperte ex verbo dei
docui in vltima mea de sacramento confessio-
ne latine conscripta / scripsi etiam quaedam
Germanice in ordinatione Brunswicensi / et
iam in oratione germanica cōtra Melchior-
rem Hoffman a me habita / quā vedetis vbi
videre potestis fratres in Christo dilectiss-
mi me nō vanam de institutione Christi tes-
tere sententiam / et de spiritali manducatis
one id est fide in Christū recte docere. Agite
itaque vt frater Henricus ad ipsam veritas-
tem reuertatur / et verbum Christi preferat
humāis cogitatiōibus / vt liceat nobis in eo
glorificare dei misericordiam in salutē mul-
torum. Non est nostra causa / orate contra
errores / simul et orate pro nobis. Valete in
Christo perpetuo et in aeternum. Ex Ham-
burga M. D. xvij. Feria quarta post ses-
cundam dominicam post Trinitatis. Hoc est
ipso die quo ab h̄i ex Hamburga.

Vester frater.

Joannes Bugen-
gius / Pomeranus.